UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Fugere debemus quinq[ue].

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

pidari. Quarto propter noſtram u-
litatem, ut melius poſſimus uacare o-
rationi, & contemplationi, non co-
meſſationi, & potationi, ſicut mul-
faciunt, qui putant feſtorum domi-
celebritatem conſiſtere in comeſ-
tionum & ebrietatum amplifica-
ne, quod eſt magis feſta uiolari. Vi-
Tren. 1. de Tren. Viderunt eam hoſtes, & de-
Amo. 5 riſerunt ſabbata eius. Amos. Odi, &
proieci feſtiuitates ueſtras. quaſi di-
Luc. 3. cat, non meas. Ideo dicitur in Luc.
quòd Ieſus amiſſus eſt in die feſti,
quia multi in feſtis diebus quando de-
berent ſe magis coniungere Deo p-
cōtemplationem, & orationem, ami-
tunt Ieſum ideſt ſalutem.

Fugere debemus quinque.

Hier. 51 PRimo, Mundi uanitatem. Hie.
Fugite de medio Babylonis, &
ſaluet unuſquiſque animam ſu-
am. Secundo mundi honores, ſic
Ioan 6. Dominus qui fugit in montem. Io.
Hieron. Vnde D. Hieronymus. Fuge ho-
res, quos ſine honore tenere non p-
tes. ſublimitas enim honorum, m-
gnitudo ſcelerum eſt. Tertio uol-
Gen. 22. ptatem carnis, ſicut Ioſeph dereli-
palio fugit ęgyptiacam. Require

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

capitulo de remediis fornicationis. Quarto omne peccatum. Eccleſiaſticus. Quaſi à facie colubri fuge peccatum. De hac materia require in capitulo de peccato. Quinto, peccatorum occaſiones. Gen. Dixit Angelus ad Loth. Noli reſpicere poſt tergum, ſtes in omni terra circa regionem, ſed in monte ſaluum te fac, ne & tu ſimul pereas. Num. Recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum. Periculoſum profectò eſt cum illis qui prauè conuerſationis ſunt, ſociari. Propterea dicebat Gregorius. Solus in illicitis non cadit, qui ſe aliquando & à licitis cautè reſtringit; ſed quia multi differunt arripere has fugas, ideo dicit Dominus. Videte ne fuga ueſtra fiat hieme uel ſabbato, id eſt in ſenectute, & in morte. Matt. cap. 24.

Eccl. 21 Gen. 19 Nu. 16. Grego. Mat. 24

Gratias agere debemus Deo propter tria.

PRimo, quia nos de peccatis eripuit. Vnde Paulus. Gratias agentes Deo Patri, qui nos eripuit de poteſtate tenebrarum. &c. Secundo, quia nos ad ſuam gratiam uoca-

Coll. 1.